

2
3
4
5
6



1757.

1. Blasche, Jo. Christianus: De summo in Europa dignitatis et amplissimi digno gradu, in quo locutus est Augustissimus Imperator Romanus Germanicus
- - - Programma, cum Historicus Kerstus, Can. -
- - - habiles respectu academici curriculae spatii, patriens
repetent
- 2^{9^{te}} Buderus, Christianus Gottlieb: De monetariis prin-
cipum ac civitatum Germaniae. 2 Bunde
3. Brokes, Henricus, Fac. jur. Decanus: Programma, quo
partem edulterium, per subsequentes matrimonium
legitimum succedere proponit, Dissertationi inang.
a Johanne Burkardo Minckio . . . habenda, ad-
jectum
4. Brokes, Henricus: Selectae observationes forenses.
5. Brokes, Henricus, Fac. jur. Decanus: Programma;
De iis, quae raro fiunt, Dissertationi inang.
a Carolo Augusto Tittel . . . habenda, adjectum

1757.

6. Engarius, Jo. Rudolphus : De bonorum inter conjuges
successu speciatim Memmingenses communiōne
7. Engarius, Jo. Rudolphus ; Coll. jur. profecimus :
Programm : De bonorum inter conjuges Ulmenses
communiōne , Melchioris Engelphi De Sagler
& Piersheim inaugurali disputatiōni praesentatum
8. Engarius, Johannes Rudolphus : Curiam insularum
in fluminibus publicis naturam competat dominium.
9. Muller, Theodorus Arnoldus : De duplici officiorum
obligatione quaedam disserit hasque studiorum primitias
Henrico Brakel . . . sub auspiciis regiminis
academici gratulabundus sacrasse vult
10. Spener, Philippus Ludovicus : De decanis facultatum
academico commentatur simulque de regimine
academiae Tenensis . . . ipsi conato gratulatur

1757.

119. 16
2 Walchius, Christianus Guilielmus Franc.: De Clodoveo
Magno ex rationibus palatris Christiano. 2 Bunde.

1752.

1. Brokes, Henricus: De confederationibus liberorum
civitatum.
2. Brokes, Henricus: De herede fundi laudensis
in divisione hereditatis a laudensis non simpliciter
immunus.
3. Bunderus, Christianus Gottlieb: De investitura Bern.
havi Ascani, Joannae Ducis per ipsum et septima
- - - 9. 2. 1753
4. Bunderus, Christianus Gottl. Jac. jun. Decanus: Programm.
De formula fundati pro Mannlehen und pro rechten
Mannlehen femininis quondaque feodabili, quod
Philippi Ludovici Speneri . . . dissertationem in ang.
indicit.
5. Vietmanus, W. Michaelus: Programm.: Tract. Fels inauguralis
dissertationi . . . praemissum

1752.

6^{to} Hoffmannus, Joannes Rudolphus: De jactantibus atque adve-
nee non caussis eos removendi ab officio et foro

2 Sempfl.

7^{to} Holze, Joannes Jacobus, de: De statib^{us} juribusque epis-
coporum Germaniae Aug. confess. a condita transacta
Pensylviani et pace religiosa usque ad Westphalicam

2 Sempfl.

8. Kalkschmid, Cornelius Frider: De signis granditatis
curtis

9. Kalkschmid, Cornelius Fridericus, Fac. med. Decanus:

Programma: De necessitate exsecrandi foetum
ex gravida mortua, dissertationi solenni . . .
Martini Mysy . . . praemissum.

10. Kalkschmid, Cornelius Frider: De pasta legitimo

11. Schmidius, Sebastianus Ludovicus Cornelius: De collatione
canonicatus inferioris, quatenus differt a collatione
canonicatus ecclesiae Cathedralis.

12. Walchius, Jo. Sm. Thomae: De litterarum Graecarum studio
ad consequendam Latinae linguae facultatem perutile.

E 16. Num. 7. *P. F. e.*

11

COMMENTATIO ACADEMICA

DE

DECANIS FACULTATVM
ACADEMICIS,

QVAM

VIRO MAGNIFICO,

ATQVE ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO,
CONSULTISSIMOQVE

HENRICO BROKES, D.

SERENISS. DVCIS SAXO-GOTHANI, ATQVE ALTEN-
BURG. CONSILIARIO AVLICO, PANDECT. P. P. ORDI-
NARIO, CVRIAE PROVINCIAL. FACVLT. IV-
RIDIC. ATQVE SCABINATVS
ASSESSORI

F A S C E S

ACADEMIAE PRORECTORALES

D. XI. FEBR. A. R. S. MDCCLII.

PRIMA VICE FELICI OMINE SVSCIPIENTI

EXHIBET,

SIMVLQVE

AFFINI SVO DE HONORIBVS HISCE OBSERVANTER

GRATVLATVR

PHILIPPVS LVDOVICVS SPENER

I. V. CANDIDATVS.

IIENAE LITTERIS SCHILLIANIS.



COMMENTATIO ACADEMICA

DE
DECANIS FACULTATVM
ACADEMICIS

AVAM

VIRO MAGNIFICO
ATQVE HONORABILISSIMO
CONSILIISSIMOQVE

HENRICO BROKES D.

PRÆMIIS DVICIS SAXO-GOTTHARDI ATQVE ALIIS
IN REG. CONSILIIARIO AVLICO ET IN REG. T. R. ORD.
NARIO CVRIVR PROVINCIALI FACULT. IV.
RIDIC ATQVE SCABINATVS
ASSessor

F A S C I U S

ACADEMIAE PRAELECTORVM

D. XI. FEBR. A. M. DCCCLII.

PRIMA VICE PRAELECTORVM SVBSCRIBENTI

AVAM


AVAM SVO DE HONORIBVS HECQVE OBSERVAVIT

GRATIAS

PHILIPVS LVDVICVS SPENNER

L. V. CANDIDATVS

RENAE LITTEARIS SCHILLIANIS



VIRO MAGNIFICO
ATQVE
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO,
CONSULTISSIMOQVE
HENRICO BROKES, D.

SERENISS. DVCIS SAXO-GOTHANI, ATQVE AL-
TENBURG. CONSILIARIO AVLICO PANDECT. P.


P. ORDINARIO, CVRIAE PROVINCIAL. FA-
CVLT. IVRIDIC. ATQVE SCABINATVS
ASSESSORI

AFFINI SVO GRATO ANIMI CVLTV
DEVENERANDO

S. P. D.

PHILIPPVS LVDOVICVS SPENER

I. V. CANDIDATVS.



habitu, et insignibus PRORE-
CTORIS TE hodie indu-
tum video. Subis hoc die
munus istud magnificum, et
graue humeris TVIS non impar, meritis
TVIS aequale. Addis et adhuc aliud, DE-
CANATVM nempe TVAE Facultatis.
Coniungis ergo honorem cum honore, sed
crede mihi etiam onus cum onere. Habere
quidem, quod laudis TVAE causa hoc loco
infere-



inferere possem, sed fileo lubens, scio enim modestiam TVAM Panegyri non requirere. Fateor etiam, quod exile meum scribendi genus sublimiorem hanc dicendi rationem non attingat. Aliis hoc tractandum relinquam. Noscunt omnes TE, et eruditionem TVAM, deque nouo Prorectore sibi gratulantur. Gaudeo et ego, TIBIque hoc publice testificari mihi proposui. Occasio mihi simul nata, quam hilari mente arripio, meum erga TE gratum animum comprobandi. Et certe meum etiam est. TVA enim beneuolentia erga me semper fuit maxima. Equidem ex eo tempore, quo TIBI innotescere mihi contigit, comitas TVA, qua me tunc temporis peregrinantem excepisti, gratisimo mentem meam sensu affectit. Perspexi deinde, hanc TIBI propriam esse. Fructus etiam vberissimi ex docto TVO consortio in me redundaerunt, quibus adhuc hodie fruor. Gratias hinc TIBI persoluo quam maximas. Humanitate TVA fretus, quaedam DE DECANIS



FACVLTATVM ACADEMICIS con-
 textui, quae TIBI perlegenda offero. Men-
 tem vero gratam magis, quam gracilem assu-
 mas scriptionem, melioraque a me in futurum
 exspectes. Restat adhuc, vt TIBI de splen-
 dido, et graui PRORECTORATVS mu-
 nere prima vice TIBI collato ex animo, quem
 totum TIBI deuinxisti, et hinc grato gratu-
 ler. DIVINVM istud, quod sanctissime vene-
 ror, NVMEN, TIBI, VIR MAGNIFICE,
 omnigenam prosperitatem, et optimam vale-
 tudinem ad onera ista academica sustinenda
 concedat. Eueniant TIBI omnia, quae ad
 splendorem, et ad incrementum Academiae
 huius Salanae, immo ad vtilitatem totius or-
 bis literati es suscepturus, quam felicissime. Me
 vero, et mea studia TIBI semper commen-
 data habeas, et nunquam me amare desinas.
 Vale. Scribebam Ienae d. XI. Febr. MDCCLII.

COM-



COMMENTATIO ACADEMICA
DE
DECANIS FACULTATVM
ACADEMICIS.

§. I.

Proposueram mihi obseruationes quasdam ex historia ecclesiastica de decanis, et decanissis congerere, cum pauca de hac materia sparsim inuenirem in historiarum scriptoribus. Sed iam lumen quondam academiae meae patriae HOFFMANNVS a), quem mors orbi literato praemature eripuit, hanc materiam meditationibus suis non indignam iudicauit. Ne ergo ista repetere viderer, manum detinui de tabula. Nata vero occasione hoc scriptum eleganter, et, vt solebat, solide conscriptum perle-

a) HOFFMANNI *programma de decanis, et decanissis* Vit. 1739. Edidit quidem adhuc ECKHARDVS *discursum de decanis, et decanissis*. Quedlinb. 1717. Sed hunc mihi huc dum videre non licuit. Scripsit etiam

CHRISTIANVS WILDVOGELIUS *dissertationem de decanis* Ienae 1692., quam HOFFMANNVS notat. Inuenies vero ibi de decanis academicis tantum quaedam per transennam dicta.



perlegi, perspexique eum tantum in explicandis eorum iuribus, qui nomine decanorum in antiquitate romana, et germanica, nec non iure Canonico veniunt, haesisse. Hinc etiam ultimo paragrapho tantum de decanis academicis differens ipse fatetur, *multa se ob temporis angustiam de iuribus, et officiis eorum dicenda, et decidenda reliquisse, cum longa de his esset fabula, multis quaestionibus, et forte non iniucundis exornanda.* Mutavi ergo mentem meam. Exaravi quantum potui hanc commentationem. Deficientibus vero mihi multis academicis statutis non longa erit fabula, sed maxime brevis. Indicabo tamen, quae habeo, et quae vbiuis non obuia.

§. II.

Originis
nominis
Decani in
academiis.

In inuestiganda prima origine nominis *decani*, quod iam apud Romanos titulus officiorum fuit diuerforum nolo commorari; cum de ea re B. HOFFMANNVS b) late differens otium mihi fecit. Sed de decanis tantum academicis commentaturus meum erit mox in limine tractationis quaedam de ortu huius nominis in academiis adiicere. Constat, nomen decanorum in monasteriis quam vsitatissimum fuisse, et docuit VENERANDVS WALCHIVS c) ex HIERONY-

MO,
b) l. c. §. 2. Inuenies ibi arduam istam, quae inter viros magni nominis de hac re orta est, contentionem. Confer. etiam DV FRESNE glossar. med. ac. tit. decanus p. 1323. seqq.

c) VENERANDVS WALCHIVS vs Hist. Eccles. Sec. IV. Cap. II. sect. III. §. 10. Nor. *** Mentionem faciunt horum decanorum, et simul indicant, quale munus illis fuerit traditum HIERONYMVVS, et AVGVSTINVS. Ille de coenobiis scribit: *diuisi sunt per*



MO, et AUGVSTINO eorum apud Monachos officium. In capitulis Canonicorum hic mos etiam inualuit ad exemplum vitae huius monasticae, scholae vero in medio aeuo Monachis, et paullo post Canonicis concreditae erant. Ex istis scholis tandem academiae sunt ortae, et loco ecclesiarum cathedralium constitutae. Hinc non anxie quaerendum, vnde hoc nomen in academiis ortum trahat, sed mox elucescit, cum consuetudo inualuerit, praepositos in monasteriis, et capitulis Decanorum nomine salutandi, hoc in academiis etiam asseruatum fuisse, istosque, qui in facultate collegis praecerant, hoc nomine ab aliis distinctos esse d). Nec vero necessarium erat, Decanos in monasteriis, et capitulis denis praepositos fuisse Monachis, vt B. HOFFMANNVS EX EDMVNDO MAR-

B TENE

decurias et centurias, ita, vt no-
uem hominibus decimus praestit.
Quibusdam autem interpositis
subiungit. Opus diei statum est,
quod Decano redditum fertur ad
oeconomum, qui et ipse per singulos
mensēs patri omnium cum
magno tremore reddit rationem,
Epist. XVIII. ad Eustochium Tom.
IV. Oper. Part. II. p. 45. AV-
GVSTINVS vero dicit. Coeno-
bitae operantur manibus, opus au-
tem suum tradunt eis, quos de-
canos vocant eo, quod sint denis
praepositi. Item. Decani illi cum
magna sollicitudine omnia dispo-
nentes, et praesto facientes, quic-

quid illa vita propter imbecilli-
tatem corporis postulat, rationem
tamen etiam ipsi reddunt vni,
quem patrem appellant. De mor.
eccl. cathol. Lib. I. Cap. 31. Tom.
I. Oper. p. 529. Edit. Bened. Ant-
werp.

d) Alia multa ad academias
e scholis monasticis, et capitu-
lis transferunt nomina, vt Re-
toris, Senioris. vid. den Eu-
ropäischen Zerold p. m. 888.
et Cocceii Ius public. Cap. XXXI.
§. 6. qui omnia officia academi-
ca ecclesiastica nomina esse, sen-
tit, vt nomen Ordinarii, et
ipsum nomen professionis.



Fabula de
denis Pro-
fessoribus.

TENE e) probat, et in capitulis decem Canonicis f). Ridicula est ergo ista fabula, quae de denis Professoribus a multis adducitur scriptoribus. Somniauit Theologus quidam reformatus nomine FRANCISCVS IVNIVS g) in tractatu de academiis conscripto, b) ipsique placuit decanum, vt praesidem collegii decem Professorum sibi fingere, ratione nominis sine dubio ductus. i) Putauit enim ille, cum plurimi Decani Romanorum et Germanorum decem aliis praepositi fuissent, necessario sequi, eum, qui in facultate praeses sit etiam denis Professoribus praetuisse. Prae iudicio autoritatis istius IUNII ducti, et probabilitate ex numero denario sumta confisi fabellam istam

e) EDM. MART. *Comment. ad regul. St. Benedict. p. 340. Habent Cassinenses Decanos, quamuis non denis Monachis, vt nominis ratio postularet sed paucioribus regendis praefectos.*

f) HOFFM. l. c. §. XI. *Ad exemplum monasticae disciplinae Canonicis denis, vel paucioribus Decani praefecti sunt.*

g) vid. IÖCHERS *gelehrten Lexic. tit. Fr. Iun.*

b) C. 4. p. 137.

i) Nimis fallaces sunt istae coniecturae, quae a nominibus sumuntur. Falluntur isti, qui a nomine ad officium concludunt aequae ac illi, qui in per-

uestigandis rerum originibus nomina ex vltima antiquitate protrahunt. Nomina enim seruiunt temporibus, et eadem vocabula diuersis aetatibus diuersissimas habent significationes. vid. quae habet B. PATER MEVS in *Progr. de Comitibus Palatinis §. i.* vbi hanc sententiam variis dilucidauit exemplis, et in *not. a. ad hoc programma, quod Lib. IV. des Teutschen Iur. Publ. adiecit. Denen Worten, und Nahmen gehet es wie den Münzen. So ofte sie umgeprägt werden, Fan ihnen das neue Gepräge einen andern Werth geben.* Adde



istam afferuarunt WILDVOGELIVS k), KNI-
CHEN, l) LIMNAEVS m) et alii, omnesque IV-
NIVM istum citarunt. Miror, neminem eorum fal-
sitatem assertionis huius detexisse, cum tamen historiae
antiquiores scholarum de numero sileant denario n).

§. III.

Apparet ex iis, quae iam in praecedenti para-
grapho adducta sunt, nomen Decani ex monasteriis, Munus De-
cane cum
academiis
simul or-
tum traxit.
et canonicorum scholis afferuatam fuisse. Habuerunt
ergo academiae antequam ordinariam reipublicae
formam induerunt, Decanos, immo tot decanos,
quot constitutae erant facultates. Mihi enim
non obstat, quod olim non quatuor adfue-
rint, sed vna et altera abfuerit. Probe scio, quod
in academiis Italicis iuridica o), Parisiis philosophi-

B 2 ca

Adde etiam quae dixit in *Dem Teutschen Iure Publico Lib. III. Cap. 3. §. 1. Not. c.*

k) WILDVOGELIVS in *diff. de Decanis Aphor. IX.* sententiam Iunii confirmat ex *ACCVR- SIO in rubr. C. de decurioni- bus, quod nempe decanatus sit societas decem virorum.*

l) KNICH. *Opus Politicum, P. II. p. 1030.*

m) LIMNAEVS in *Iure Pu- blico L. VIII. Cap. IV. n. 43.*

n) Numertum Professorum academicorum in singulis fa- cultatibus ad certum numerum redigere impossibile est, hic enim mores variant. Impossi- bilior tamen esset determinatio ex antiquitate desumpta. In hac enim academia pauciores, in il- la plures fuerunt, et memorat CONRINGIVS in *Antiquitati- bus academicis diff. III. p. 97.* quod in Bononiensi academia ultra centum Professores fue- rint constituti, et anno 1538. numerati sint centum viginti sex, et in his quadraginta no- uem in facultate iuridica.

o) B. PATER MEVS *l. c. Lib. IV. Cap. V. §. u. n. a. In Ita- lien*



ca p), et in Heydelbergenſi q) duae tantum ab initio floruerint facultates, et ſucceſſu temporis demum reliquae ſint additae; ſed ſufficit, quod vna, vel altera adfuerit, quae Praefidem, quem Decanum vocabant, habuit, nomine ipſis ex ſcholis conſueto r).

Diffentit
Conringius
et Middendorpius.

CONRINGIVS in *ſupplement. antiquitatum academicarum* s) quidem cum MIDDENDORPIO t) originem facultatum, et Decanorum ad ſeculum decimum tertium

lien hatten die Profefſores Iuris eber auf den Univerſität ihren honorablen Platz, als die Theologi, und Medici, hingegen auf den teutſchen Univerſitäten hatte man eber Theologos, als Civiliſten.

bus RVPERTIS anno 1346. ſundata, anno 1386. vero plene inſtructa, atque dotata fuit, et additae duae diſciplinæ reliquae.

r) Eſt CONRINGIVS l. c. diſſ. III. p. 90. aliam tueretur ſententiam, tamen ſuiſmet ex verbis fundamentum aſſertionis meae ponere poſſum. Dicit nempe: ſeculo demum decimo tertio collegium Theologicum, Decano conſtituto, coitit Pariſiis. Concedo hoc. Sed concedit et ipſe philoſophicam facultatem antiquitate ſuperare theologicam. Si ergo facultatem habuerunt Philoſophi, habuerunt etiam Decanum, et maxime probabile eſt, Theologos ad exemplum Philoſophorum ſibi Decanum, conſtituiſſe.

p) CONRINGIVS l. c. diſſ. III. p. 79. ex IO. FILESACI Theologi Sorbonici libro, quo originem ſtatutorum facultatis Theologicae Pariſienſis deſcripſit, annotat, quod ſub prima inſtitutione CAROLI MAGNI ſola facultas Philoſophica in uſum ſit recepta, addit. p. 80. Nulla ergo tam theologiae, nulla artis medicae, multo minus vlla aut Romani aut Pontificii Iuris fuit Profeſſio. add. B. PATREM MEVM l. c.

s) l. c.

q) leg. COCCEIVM l. c. §. 5. Academia Heydelbergenſis a tri-

t) MIDDENDORP. de academiis L. VI. p. 367.



tertium refert, adducta ratione, quia ante hoc tempus, de istis nihil nobis sit literis mandatum, et nullo iudicio probari possit, Parisiensem, quae omnium vetustissima, vel aliam ante hoc tempus in formam academiae, qualis hodie est, redactam esse. Verum enim vero cum ipse alio loco dicat, iam seculo vndecimo in Parisiensi Philosophos adfuisse, magnoque cum applausu liberales artes docuisse, probabilis est coniectura, hanc facultatem praepositum habuisse, et eum Decanum nominasse *u*). Ad nos enim non pertinet, an status iste cum praesenti nostro fuerit aequalis, an inaequalis *x*).

§. IV.

Si de munere Decani in primis incunabilis academi- Munus decanorum in antiquis temporibus.
arum quis quaerat, non sibi tam graue, vt in monasteriis fingat officium, molestissimum hoc ipsis certe

B 3

u) Et hanc coniecturam iterum ex *CONRINGII Antiquitatibus academicis Suppl. CXXVI. p. m. 373.* probare licebit. Adducit nempe ex verbis *Epistolae INNOCENTII IV. aut VI. ad Vniuersitatem Parisiensem scriptae, facultates habuisse Procuratores, vel Decanos. Porro Decani appellationem Parisiensi vsu receptam, ex verbis LANFRANCI Mediolanensis patria, sed Parisiensis Medicinae Doctoris, quae habet in fine Operis Chirurgiae completae anno 1295. His positis*

annectit. *Cum autem Medicis suis fuerit Decanus, non poterunt non, et Theologi aliquem habere, et Philosophi. Concludendum ergo erit, si Philosophi tunc temporis Decanum habuerint, singularem constituentes facultatem, ante seculum decimum tertium vero iam facultas Philosophica sit recepta, sequi, eam quoque habuisse Decanum.*

x) Ad constituendam academiam enim non requiritur, vt habeat



certe fuisset, sed habuerunt, vt plurimum iam tunc temporis istud, quod hodie habent, munus. Minime ergo recte sentit **AVTOR** der kurzen Nachrichten von denen Academiën überhaupt, *y)* qui munus Decani in eo tantum posuit, vt in sua facultate ante, et post meridiem nonnullis horis doceret. Nulla enim differentia fuisset inter Decanum et Professore, sed quilibet Professor fuisset Decanus, et silet etiam **LIMNAEVUS** ab ipso citatus *z)*, Decanum sui collegii praesidem, et moderatorem exstitisse, asserens. Hac praeferentia vero, atque hoc officio adhuc hodie gaudet, de quibus nunc sigillatim erit dicendum.

§. V.

Dignitas et
insignia De-
canorum.

Habet vnaquaeque facultas sua priuilegia, suum sigillum, suos libros, et sua insignia, quibus omnibus Decanus, vt Praefes, est exornatus, immo in Goettingensi *a)*, et quibusdam aliis academiis quilibet Decanus suum habet pallium, quo prae aliis suis collegis distinctus incedit. Praecedentiam eum habere inde quoque *b)* patet. Immo in hac dignitate consti-

habet quatuor facultates *vid.* **AVT.** der Nachrichten von denen Universitäten überhaupt §. 14. Habemus etiam hodie academias, hac, vel illa facultate destitutas, vt Aquensis in Gallia sola Iuris et Medicinae facultate gaudet *vid.* **ZEILERI** *Topogr. Galliae* P. XII. Et Olomucensis in Mo-

raua facultatem Medicam non habet. **KNICH.** l. c. P. II. p. 1090.

y) Cap. IV. §. 15.

z) **LIMNAEVUS** l. c. Cap. IV. n. 44. 45. et seqq.

a) vide den in Göttingen geweyheten Parnas.

b) **B. HOFFMANNVS** l. c. §. 20. **EX** **COMNENI** *Histor. Gymnas.*



constitutus peculiari suo titulo gaudet, et, vt Rectori s. Prorectori nomen **MAGNIFICI**; ita et ipsi titulus **SPECTABILIS** tribuitur, cum autem vsus huius tituli c) frequentior defierit, ille tantummodo in causis ad facultatem pertinentibus adhuc retinetur. Glorietur **CONRINGIVS d)**, quod Rector academiae Iuliae simul Lateranensis Palatii Comitua polleat ex priuilegio **MAXIMILIANI II. Caesaris**, et hoc quidem merito, est enim dignitas, quae nouum dignitati Rectoris addit splendorem. Sed habent etiam Decani in nonnullis academiis, videlicet Decanus facultatis Iuridicae Rostochiensis e) et facultatis Philosophicae Vitebergensis hoc singulare priuilegium, vt simul constituti sint Comites Palatini.

§. VI.

Gymnas. Patauini p. 131. affert: istum valde conqueri, quod a decanis Ictorum Patauinorum neglegentia negligatur.

c) Vide quae habet de hoc titulo **FELTMANNVS de Tit. Honorific. L. II. Cap. I. p. m. 457.** Qualis olim fuerit titulus, et quibus datus, docet dissertatio **BAVDISIANA de Titulis Viri Illustr. etc.** Immo Comitibus Holfatiae et Schowenburgi tributum inuenitur in diplomate Imperatoris **CAROLI IV. de anno 1354. vid. PETR. LAMBECCII Origines Hamburgenses L. II. p. m. 84.**

d) **CONRINGIVS l. c. diff. V. p. m. 161.** Sed gaudent et alii Rectores Magnifici hac comitua, vt Halensis ex priuilegio Leopoldi Imperatoris. *vid. die Nachrichten von der Stadt, und Universität Zalle Cap. III. p. 44.* et Rector academiae Kiloniensis, secundum Priuilegium Imperatoris **FERDINANDI III. de dat. Viennae 1652. d. 24. Apr.** quod testatur **SAGITTARIVS de Comitibus Palatinis Thes. XIII.**

e) **SEBASTIANVS BACMEISTERVS in Antiquit. Rostoch. §. 7.**



§. VI.

Potestas
Decano-
rum.

Ad dignitatem huius muneris praecipue adhuc pertinet, quod senatus academicus, cui Praefes est Rector, in plerisque academiis ex quatuor Decanis facultatum constituatur *f*). Quamvis enim Rectori, ut capiti administratio reipublicae literariae sit commissa, in rebus arduis tamen senatum istum conuocare, et sententias eorum audire debet, confert eas, et *si ipsi ex re esse videntur, g*) sequitur. Potestas huius senatus tanta est, quod praesertim de Tubingenensi testa-

§. 7. quem tractatum, ILLVSTR. DN. A WESTPHALEN monumentis suis ineditis rerum germanicarum Tom. III. p. 781. inferuit, scribit: *Nec hic reticendum ad dignitatem quoque Professorum, imprimis Ictorum spectare, quod Decanus facultatis Iuridicae eo ipso dum Decanus, etiam sit Comes Palatinus, quam dignitatem amplissimus ordo Ictorum IAC. BORDINGIO IVN. acceptum fert. Addit: Ex quibus quanta Rectoris, et caeterorum Professorum dignitas sit, sufficientissime cognoscitur.* Gaudet vero haec facultas hac comitiua ex priuilegio RVDOLPHI II. Imperatoris. COTHMANN Resp. academic. XXVII. n. 13. et KIRCHN. in orat. funebr. IAC. BORDINGII.

f) In hac Ienenfi Senatus iste ex quatuor Decanis olim constabat. Placuit vero SERENISSIMIS NVTRITORIBVS ante aliquot annos Concilium quoddam arctius loco decanatus erigere, quod perpetuum est, et Rectorem Praesidem, quatuor vero ex singulis facultatibus vnum assessores agnoscit. vid. die ausführliche Nachricht von der Jenaischen Academie §. 20.

g) MATH. STEPHAN. de Iurisd. Cap. XII. n. 1. ARVMAEVS in disc. Academic. Vol. V. Cap. 24. p. 211. Placuit mihi, quod LIMNAEVS l. c. L. VIII. Cap. V. n. 2. quam eleganter dicit, Rector est, caput academiae, vel collegii, et nihilominus tamen rectissime dicitur Collega.



tur SMALCALDERVS, *b)* vt recipiendus ciuis non Reſtori tantum; ſed et ſenatui obedientiam et reuerentiam iuramento ſuo promittere debeat, quod etiam in multis aliis academiis moris eſt, in nonnullis tamen, teſtante LIMNAEO *i)*, tantum Reſtori et ſucceſſoribus iuratur a nouitio. Immo reſtringit adhuc magis praedictus SMALCALDERVS *k)* Reſtoris poteſtatem, et ad ſenatum iſtum deuoluit, formam reipublicae huius literariae ariſtocraticam *l)* nominans, cum non ſoli Reſtori, vt indiuiduo, ſed ſenatui, vt pluribus collectiue ſumtis, competat iuriſdictio. Sed variant et hic mores et ſtatuta academica.

§. VII.

Ad peculiarem dignitatem Decani ex ICTorum ^{Dignitas et poteſtas Decani Iuridici peculiaris,} ordine adhuc ſpectat, quod a conſiliis Reſtori Manifico ſit. Vt enim quam nitidiſſime LVCIVS CRASSVS domum ICTi totius ciuitatis oraculum nominat, apud CICERONEM *m)*; ita Decanum facultatis iuridicae oraculum Reſtoris, ſi ipſe ius ignorat, nominari poſſe autumo. In ſenatu enim academico ex aliis facultatibus qui ſedent Decani, hac ſcientia non imbuti, opem ferre nequeunt, cum in interpretandis

b) SMALCALD. §. 19. ex STATVT. ACADEMIC. C. XIV.

i) LIMNAEVS l. c. L. VIII. C. VI. n. 42. Inuenies ibi formulam totius Iuramenti.

k) SMALCALDERVS l. c. §. 19.

l) l. c. §. 22. et in not. n. adiecit, et probat, ex ſcripto Anteceſſorum Eberhardinae olim ad Sereniſſimum Ducem LVDOVICVM tranſmiſſo.

m) CICER. Lib. III. de orator.

C



dis legibus huius artis periti requirantur. n) Hinc etiam SERENISSIMVS REX POLONIAE decreto quodam sapienti constituit, vt Rector academiae Vitebergensis ex aliis facultatibus sine Decani iuridici consilio in rebus, iuris quaestionem concernentibus, minime decernere debeat. Hoc quidem in academiis aliis expressis verbis non est demandatum. Solent tamen in causis dubiis Rectores consilio Decani iuridici, vel ICTi, Senatus Academici assessoris, o) vti. Habent etiam quaedam academiae ad causas forenses constitutum peculiare consistorium, quod non ex quatuor decanis solum; sed et adhuc ex aliis ICTis facultatis iuridicae est formatum, in quo iuridica determinantur, et partes ad comparandum citantur, vt de Pragensi KNICHEN p), et de Tubingensi SMALCALDERVS q) docet.

§. VIII.

Fabula Valentiniani Rotomari.

Expendimus iam §. 2. inanem de denis Professoribus fabellam: ridiculum plane est somnium VALENTINIANI

n) Hinc PAVLVVS ICTus l. 10. ff. de Honor. possess. nemini Iuris ignorantiam prodesse sentit, cum, consulendo prudentiores, scientiam adsequi possit. add. l. 3. C. de repudiis et l. 2. §. 5. ff. de Orig. Iur. Multo magis Iudex, hac arte non imbutus, Assessores ICTos sociari sibi consiliorum participes debet. l. 1. C. de assessor. Iung. Nou. St. pr. et quod Imp. PHILIPPVS l. 3. C. de Ingeniis manum. rescripsit: facile cognoscere, si cum peritioribus tractatum habuisses. add. l. n. ff. quod quisque iur. in alt. stat. et t. r. ff. de assessor.

o) vt in hac academia vid. n. a. praec. Spbi.

p) KNICHEN. l. c. Lib. II. p. 1094.

q) SMALCALDERVS l. c. §. 19.



LENTINI ROTMARI ^{r)}, qui dignitatem Decano-
rum ita extendit, ut maximo eorum incommodo
et detrimento sit coniuncta. Affixit nempe Recto-
rem et quatuor Decanos loco academiae seu ciuitati
perpetuo, et hoc ob dignitatem eorum, quod de
substantia vniuersitatis sint. Hinc eos nullo tempo-
re, orto etiam bello, vel alia publica calamitate, aut
pestilentia ingruente, academiam derelinquere permi-
sit; sed eos vel per se, vel per vicarios ibi manere
statuit. Solatio Decanis appositum: *per vicarium*. Sed
quis tunc temporis vicariatum istum assumeret? alia
foret quaestio. Summam hinc ab ipsis requisit
constantiam. Verum enim vero cum iste metus in
constantissimum quemque cadat hominem; cum
porro, vbi Rector cum Decanis, caeteris Professori-
bus et Studiosis est, ibi sit academia ^{s)}; Denique
vero Rector cum Decanis inutilis foret persona, si
collegae et studiosi non adessent, quos tamen ciui-
tati includere non ausus est ^{r)}: Sequitur, ut me-
ra viri huius cerebrina sit assertio. Proinde cum eo
non facit LIMNAEVS ^{u)}, et valde dubito, futuros esse
multos, qui ipsi annuant. Periculosa enim foret

C 2

haec

^{r)} ROTMARVS in *Annal. aca-*
dem. Ingolstad. P. I. p. 24.

enim personas academiam con-
stituentes, cum ad esse iurisdi-
ctionis academicae certum non
requiratur territorium.

^{s)} Vbi vero academia, ibi et-
iam iurisdictio et privilegia
academiae, vid. COTHMANN.
Resp. academ. I. n. 427. Resp.

^{t)} Amant Principes academi-
as, hinc cerre eas alio, urgente
necessitate, transferrent.

VII. n. 13. Resp. XIV. n. 61. et
Resp. XXIV. n. 43. Comitantur

^{u)} LIMNAEVS *l. c. L. VIII.*
Cap. I. n. 55.



haec opinio casu hoc orto. Habeat ergo vanam istam gloriam constantiae, quam verbis facile iactare potuit; sed fortunae gratias habeat, quod ipse tali periculo non fuerit expositus. Credo certe eum fugientium antesignanum futurum fuisse, si Hannibal ante portas venisset. Immo experientia ipsa huic affert contraria. Seriem multorum annectere possem exemplorum x). De Francofurtensi, Ienensi et Friburgensi testatur LIMNAEVS. y) Seceſſerunt Rector, Decani, et tota academia saepius ob alias causas alium in locum, quid enim diceret ROTMARVS si Heydelbergensem exulem ob diuersitatem religionis sciuiſſet ex MEVRSIO z); vel Oxoniensem, Rege Angliae tres studiosos ob mulierculam interfectam suspen-

x) Vitebergensis migravit Ienam A. C. 1527. et Torgauiam A. C. 1552. Rostochiensis partim Griphiswaldiam; partim Lubecam. Lugdunensis A. C. 1636. Ultraiectum. Giesſensis Buzbachium A. C. 1613. Lipsiensis Misenam A. C. 1519. et Rochlizium A. C. 1530. Marburgensis tum Francobergam; A. C. 1585. tum Giesam vice gemina A. C. 1605. et A. C. 1634. Geneuensis Lusannam A. C. 1570. De Bononiensi vid. RICCOBONVM *de Gymnas. Patavin.* L. I. C. 1. de Orthesiana Nauarreorum MEVRSIVM in *frontisp. Lib. I. Athen. Batau.* de Tubingensi CRVSIVM in *Annal. Sueu. Part. III. L. VIII. c. 17. fol. 464.* Nolo plura afferre exempla, quae exstant apud Hist. scriptor.

y) LIMNAEVS l. c. Ienensis Academia Saluediam 1578. translata, mansit ibidem vsque ad 9. Mart. 1579. Ille etiam notandum esse adducit, ex ZASIO: studiosos male Rectori obedientiam denegasse eo praetextu, quasi extra territorium ius diceret, migrata Friburgensi Academia ob pestem Rheinfeldiam.

z) MEVRS. *Athen. Batau. Lib. II. p. 333.*



suspensio afficiente ex MIDDENDORPIO a), vel Wurtzburgensem, Herbipoli Erfurtum migrantem, ob dissidium inter Episcopum GERHARDVM Comitem Schwarzenburgicum, eiusdemque ciues subditos, teste FABRICIO b). Abeat hinc Rector et Decani cum tota academia; permissu tamen, vt dixi, Principis vel patronorum, urgente necessitate, saluis eorum priuilegiis, et hoc nec Rectori nec Decanis quisquam vitio vertet.

§. IX.

Dignitate Decanorum pertractata, progrediamur ad munus eorum. Dixi, quod quaeque facultas sua habeat priuilegia c) et haec, vt defendat, vt conferuet primarium Decani est officium. Quaerenda est ipsi quouis modo facultatis suae vtilitas, et, cum pecuniam communem recipiat, sequitur, eum a praecedenti Decano, vt rationes reddat, exigere posse, quod in statutis huius academiae d) ipsi iniunctum, sed teste WILDVOGELIO e) iam suis temporibus vsu desueuit. Habent hoc munus cum Cancellariis, quorum officium in conseruatione priuilegiorum academicorum consistit f), in sua facultate commune, et dignitas huius muneris ex splendore muneris Cancellario-

Munus Decanorum, quod consistit l. in conseruatione priuilegiorum.

C 3

a) MIDDENDORPIVS de cum abibit magistratu rationem academ. Part. II. Tit. VIII. p. 468. actorum et expensarum, libros, et caetera huc pertinentia Decano futuro reddito.

b) FABRICIVS in Origin. Saxon. L. VII. p. 636.

e) WILDVOGEL. l.c. Aphor. 10.

c) Supr. spbo V.

f) Confer qui ex professo de Cancellariis egere, vt BERN-

d) Stat. Cap. I. §. 8. Decanus

de Cancellariis egere, vt BERNHARDTVS



lariorum diiudicanda. Munus hoc splendidum olim in academiis, episcopatibus adiacentibus, annexum fuisse docent omnes iuris publici et canonici scriptores. g.) Collatum vero ab Imperatoribus saepius ipsis principibus, ex quibusdam diplomatibus academicis, a LVNIGIO b) adductis, et quod CONRINGIVS de Helmstadiensi *Antiquit. Academ.* i) adiecit, apparet k). Hoc etiam non collato Principes Euangelicorum, ut summi Episcopi pro lubitu nunc Cancellarium, nunc Procancellarium quendam in suis academiis constituerunt. Saepius autem Decanis cuiuscunque facultatis dignitatem Procancellariorum concesserunt,

HARDTVS a MALLINGKROT, *nente penes ducem uti fundato-*
FRANC. DV CHESNE. FRANC. *rem, et successores suos dignitate*
LAVNOIS, et KIRCHN. *Recltoris, et Cancellarii) aliosque*
effic. et dignit. Cancellar. Plura *Officiales Vniuersitatis creandi.*
illi etiam docuerunt de can- *vid. LVNIG. Reichs-Archiv*
cellariis acadecimis. adde KNI- *Part. Special. Cont. II. Abtheil.*
CHENIYM l. c. Lib. II. p. 1027. *IV. Absatz 10. §. 138. p. m. 298.*

g) Confer. MALLINGKROT
l. c. Lib. II. Cap. VI. in fin. et
RICCOB. l. c. L. I. C. 17.

h) In diplomate FERDINANDI III. Imperator sub dato *Viennae d. 26. Apr. 1662.* Serenissimo Duci Holfato Sleswicensi dato, academiam Kiloniensem erigere cogitanti, inueniuntur haec verba: *Professores potestatem habeant Pro-Rectorem et Procancellarium (ma-*

Eadem verba inuenies in diplomate LEOPOLDI Imperatoris FRIDERICO III. Electori Brandenburgico dato *Viennae d. 19. Oct. 1693.* Fundatori Halensis academiae LVNIG l. c. *Absatz IX. §. 17. p. 988.* AVTOR *der kurzen Nachrichten von der Stadt Halle p. m. 48.*

i) CONRING. p. m. 385.

k) Saepius tamen etiam immediate Decanis cuiuslibet facultatis



cesserunt, vt Vitebergae, et Ienae teste RICHTERO l),
et SENNERTO m) hoc obrinet.

§. X.

Notum est, munus Cancellariorum etiam in col-
latione honorum academicorum consistere n), habent
ergo Decani Vitebergenses et Ienenses, vt Procancellarii, hoc ius, quod aliarum academi-
arum Decani, a Cancellariis impetrata prius licentia, exercent.
Commune tamen omnibus est, vt Candidatum, in li-
brum destinatum referant, eum collegis conuocatis,
vna cum ipsis debite examinent, et tunc publice eum
renuncient, honoremque ei conferant. Late de col-
latione ista differuit CARPZOV o) et ITTER p).
Nolo hinc ea repetere. Merito tamen hic quaeritur:

II. In collatione honorum academicorum.

an

cultatis teste ARVMAEO disc. Procancellarii munere fungitur.
Acad. Tom. II. diff. VII. §. 22. m) in Ath. Wittebergens. c. IV.
n. 5. p. 178. his verbis: Verum n) Conser Autores Spho praec.
cum Imperator omnibus locis ad- n. c. allegatos, et BELLEFORET
esse nequeat l. 7. C. de professor. in hist. vniuers. Lib. III. Cap.
in collatione harum dignitatum XLIV. p. 234. Il-y-a de tout qua-
plerisque in academiis, Cancellari- tre Chanceliers, lesquels faut, que
riis academicis vel facultatis cu- soient creez deuant l'Evesque
iuslibet Decani ministerio ipsum au Chakitre Episcopale, ou ils doi-
vri, testis est experientia. Adde vent jurer, de ne licentier aucun
STEPH. de Iurisdict. l. III. Cap. soit Theologien, Canoniste, Medi-
XIV. n. 28. et seqq. cin, ou Artien, s'il n'est digne
de tel honneur.

l) RICHTER ad Authent. habita C. ne fl. pro patr. p. m. 116.
In aliis iterum, certae dignitati
academicae est connexum, sicuti
Ienae, vbi Decanus cuiusque fa-
cultatis tempore dignitatis huius

o) CARPZOVII Iurispruden-
tia Consist. Lib. II. T. XXV. defi-
nit. 408. p. m. 635.

p) ITTERVS de honoribus et
gradibus academicis.



an Decanus collegis resistere possit, si indignum vel-
lent ad honores admittere Candidatum? et hanc quae-
stionem affirmandam esse nullus dubito. Conseruator
enim priuilegiorum, vt supra dixi, facultatis est, poe-
na vero amissionis statuta in plerisque academiis *q)*,
si suo priuilegio abutatur facultas; porro mandatum
Procancellario et Decano est, vt indignum ab hono-
ribus arceant, et tantum illos, qui bene steterint, pu-
blico testimonio virtutis et doctrinae exornent. Im-
mo non vltima ratio in contemptu consistit, qui ad fa-
cultatem, ob profusionem dignitatum, promiscue di-
gnis et indignis concessarum, redundat.

§. XI.

II. In custo-
diendo si-
gillo.

Accedunt et alia, in quibus Decani consistit offi-
cium; cum enim sigillum habeat facultatis, illud cu-
stodire, et scriptis, actisque publicis imprimere debet.

IV. In con-
uocatione
collega-
rum.

Porro etiam conuocat ille collegas, et res ad faculta-
tem pertinentes ipsis proponit, ac negotia et causas,
auditis prius illorum suffragiis, expedit. Tandem
examinaat disputationes, orationes, aliaque scripta in
facultate sua edita. Hinc absque istius censura et
subscriptione typis aliquid excudere et publicare
Typographis vetitum *r)*.

§. XII.

Officium
facult. Phi-
losoph. De-
cani pecu-
liare.

Habet Decanus facultatis Philosophicae adhuc
pecu-

q) Cum natura priuilegii sit,
vt illud mercatur amittere, qui
concessa sibi abutitur potestate
MAT. STEPH. l. c. C. 14. n. 126.

r) vid. CARPZOV l. c. *defin.* 413.
et AVT. der Nachricht von
der Stadt und Universität
Zalle. Cap. III. p. 68.



peculiare quoddam officium, quod breuibus tantum pertractandum erit. Inualuit nempe olim ritus depositionis in academiis Germaniae antiquissimus *s*), sed ridiculus, et plane irrationalis. *t*) Hinc omnes boni tunc temporis consuetudinis istae abolitionem efflagitabant. Tandem vnanimi NVTRITORVM PRINCIPVM consensu, et ex desiderio omnium eruditorum mos iste plane ex academiis est extirpatus. Notus est iste ritus. *u*) Historiam eius non adiiciam, hoc tantum obseruo, Decani Philosophici praesentiam in actu depositionis valde fuisse necessariam; examinabat enim ille nouitium, ipsi leges academicas explicabat, aliosque actus exercebat, deinde accepto honorario testimonium depositionis nouitio dabat. Abrogata depositione, ad memoriam consuetudinis istius plurimis in academiis Germaniae quilibet nouitius

s) Hunc ritum ex manumif- **Depositions Ceremonien p.**
 sionibus Romanorum originem *150. seqq.*
 traxisse putat DE BALTHASAR *r*) LIMNAEVS *Lib. VIII.*
Orat. Rector p. 7. et Seculo IV. et Cap. VI. n. 19. AVT. *der Furzen*
V. iam Athenis inualuisse CON- **Nachrichten von denen Uni-**
versitäten überhaupt C. V. §. 8.
 RING. *l. c. diff. IV. p. 122.* In *u*) Historiam istius ritus re-
 academiis exteris non fuit in-
 troduuctus, sed tantum Germa-
 nis placuit. Confirmarunt van-
 riis Rescriptis Principes in suis
 academiis, magna in transgres-
 siones statuta poena. *vid. Stat.*
Academ. Gryphiswald de anno
1545. Tit. IX. et die Leipziger

D



uitius a Decano Philosophiae, pecunia data, schedulam depositionis accipit x), nec prius a Rectore s. Prorectore inscribitur, quam quidem eam attulerit. Quod si quaeras, cur ille potius, et non alius facultatis Decanus isto honorario fruatur, meliorem eius rei rationem reddere nequeo, quam quidem hanc, quod scil. philosophicae, et bonarum artium facultas fundamenta reliquarum disciplinarum tradit, et inde nouitius, priusquam ad alias accedat doctrinas, auditor Professorum ex facultate ista existat.

§. XIII.

Officium
Decani
quoddam
minus vfi-
tatum.

Imponit KNICHENIVS y) aliud adhuc officium humeris Decanorum, nempe quod in actu oratorio, vel disputatorio, orto diffidio inter Praesidem, Respondentem, et Opponentes silentium refractariis ex imperio imponat, iurgiumque hoc acre decisione sua dirimat. At enim vero, cum differentes sciant, quod disputatio amicabile tantum quoddam colloquium sit de veritate inuestiganda, et altercationes homine, et literato indignae sint, raro casus iste euenire solet. Audiui tamen Decanum hac autoritate sua in quibusdam academiis subinde usum esse.

§. XIV.

De electione
Decano-
rum.

Persona, dignitate, et officii Decanorum pertractatis adhuc de electione quaedam mihi dicenda restant.

x) Qui, si placet examen instituit. Vid. DE BALTHASAR. *Part. II. Sect. II. Th. 8. p. 103. l. c. p. 9.* y) KNICHEN *l. c. L. II.*



restant. Nemini ignotum esse potest, Decanatum vel annuum, vel semestrem esse. Hinc minime recte sentit der Autor der kurzen Nachrichten von denen Universitäten überhaupt, 2) cum Decanatum facultatis Iuridicae quolibet loco perpetuum esse affirmat. Obtinet hoc quidem Lipsiae, teste CARPZOVIO a), vbi et Decanus facultatis Medicae perpetuus esse solet, sed academiarum aliarum statuta, et experientia ipsi aduersantur. Oriri vero hic non inelegans posset quaestio, vtrum Decanatus perpetuus, an temporalis facultati sit vtilior? Pro perpetuitate eius pugnant haec argumenta; quod alia collegia etiam Praesidem habeant perpetuum, Decanus vero sit Praeses facultatis suae, porro quod, cum Decanus omnia cum collegis communicare debeat, potestas sua angustis circumscripta sit limitibus, vt collegis detrimentum afferre nequeat, etiamsi id cupiat. Accedit, quod Decanus emolumentum facultatis commodius curare possit, siquidem sciat, se, quoad viuat, hoc munus administraturum. Sed alii, qui ambulatorio pro decanatu sentiunt, aiunt, honore isto cum onere coniuncto, melius esse, cum per vices ad alios transferri; porro iniquum videri, alios ab ista dignitate et emolumentis, quae ex Decana-

D 2 tu

2) C. IV. §. 14. die Juristische hat deshalb was besonders, als deren ihr Decanus wenn er einmahl erwehlet, beständig verbleibet, daher er auch Ordinarius genennet wird.

a) CARPZOV. Iurispr. Con- sistorial. L. II. Tit. XXV. def. 401. n. 9. et 10. add. AVT. der Nachrichten von der Universität Leipzig §. 26.



tu proueniunt, excludi, qui tamen in idem collegium collecti pari omnes honore fruantur, et inter se essent aequales, aequalibus vero aequalia Iura esse tribuenda, denique honores continuare iam legibus Iuris ciuilibus vetitum esse. b).

§. XV.

Ordine fit
electio.

Electionem Decanorum circumscriptam inuenimus. In plerisque enim academiis ordine fiunt Rectores s. Prorectores, ordine etiam Decani in qualibet facultate. Saepius tunc euenit, vt Decanatus cum Rectoratu sit coniunctus. Habemus exemplum in propatulo, cum VIR MAGNIFICVS ATQVE ILLUSTRIS AFFINIS MEVS longe aestumatissimus cum PRORECTORATV suae facultatis DECANATVM coniungat. Immo WILDVOGELIUS c) annotat, hoc in veneranda Facultate Theologica huius academiae semper contingere. Inutilem ergo quaestionem quidam putabunt, an Rector et Decanus quis simul esse possit, nec ego hoc negabo. Attamen cum aliis in academiis eadem consuetudo non inualuerit, dubium hoc quibusdam videri posset

lib) l. 18. ff. ad municip. Iunge amplissima Theologica obtinet, vt, l. 14. §. 5. ff. de muner et l. 5. et 6. si quando contingat, Professorum C. de assessor. quendam huius ordinis rectorale e) WILDVOGEL diff. de Decanibus Aph. IX. Notatu quoque dignum videtur, quod in hac academia Salana, huc usque factum esse nouimus; scilicet in facultate subire munus coniunctum simul cum hoc officio decanatum gerat, quod tamen magis ex accidenti fieri, quam studio ita ordinatum esse credimus.



posset ob rationes sequentes. Scimus munus Re-
ctoris maxime esse onerosum, et Decanatus quoque
multos secum fert labores, quos duplices iustinare
vix vnius hominis esse videtur. Accedit, quod, cum
Decano facultatis iura etiam contra alias facultates
tueri, et defendere incumbat, ipse iudex, et pars
fieret, cum facultates in his libris Rectorem iudi-
cem agnoscant, non enim omnibus in academiis
facultates, vt Lipsiae, teste CARPZOVIO d) hac
gaudent praerogatiua, vt sint Schrifftlassii. Deni-
que non desunt exempla, vbi Rector s. Prorektor
et Decanus simul esse nequit, e. g. Vitebergae in
facultate Philosophica, et Ienae in facultate medica. e)

§. XVI.

Libera tamen manet electio, etsi is eligitur, qui ^{Receditur}
ordine proximus est. Hinc, si praegnantibus ^{nonnun-} adfunt
^{quam ab}
D 3 ^{causae} ^{ordine.}

d) CARPZOV I. c. Lib. II. de-
finit. 402. n. 4. et 5. gloriatur
CARPZOVIVS quod singulae
facultates pro Schrifftlassiis
Lipsiae habeantur, Vitebergae
demum omnes facultates con-
iunctim, vel totum academiae
corpus. Addit n. 5. Ex quo re-
cte dixeris in academia Lipsensi
singulas facultates iure Schrif-
tistorum immediate recognoscere
Patronum Vniuersitatis Serenissi-
mum nempe ELECTOREM SA-

XONIAE, cum tamen facultates
Vniuersitatis Vitebergensis subsint
Rectori, ac toti collegio acade-
mico.

e) Et hoc ex statutis facult. Me-
dic. Tit. de Decano coniiicien-
dum, vbi ordinatum :

Si quis ex nostra facultate Me-
dica Rector fuerit, is postea
facultatis Medicae Decanus
erit.



causae, recedere possunt ab ordine. Quae vero istae sint causae breuitati studens non enarrabo. An femina possit eligi decanissa, nec ne? id statim intelligi poterit, si euietum sit prius, feminam munere academico fungi posse, concessa enim hac quaestione, affirmanda etiam erit altera; qui enim munus habet, adiunctis etiam priuilegiis et praerogatiuis gaudet. Nullum tamen in Germania academiis adest exemplum. Non desunt quidem feminae eruditae, et repleta habemus de iis Gynaecea docta a quibusdam edita *f*), sed excluduntur in academiis Germaniae ab istis muneribus, immo quibusdam honoribus academicis *g*), et sequimur hac in parte ius Ciuile *b*) quod feminas ab omnibus officiis publicis, inprimis quae mentis acumen requirunt, excludit. Aliter vero se res habet in Italia, in qua

f) Vide PAVLINI Wohl gelahrtes teutsches Frauenzimmer. Franckfurt 1712. THOMASIVM et alios.

g) e. g. gradu Doctoris vid. ITTERVM. de honoribus et gradibus Academicis.

b) VLPPIANVS in l. 2. ff. de reg. iur. ait feminae ab omnibus civilibus officiis, vel publicis remotae sunt adde l. 3. §. 3. ff. de muner. et honor. Munera feminis ipse sexus denegat l. 4. §. 2. de offic. Procons.

i) LIMNAEVS l. c. in addit ad L. VIII. Cap. IX. quae ad professionem Iuris Ciuilis anno 1239. admissa fuerit. Adest et adhuc aliud ex antiquitate exemplum HYPATIAE Philosophae, quae publico docendi munere functa est in Schola Alexandrina, cuius vitam, famam, eruditionem, cruentumque obitum quibusdam disputationibus late, docte, et eleganter delineauit Amicus meus dilectissimus M. IOH. CHRIST. WERNSDORFFIYS.



qua varias, quae professionis munere sunt functae feminas, habuimus. Testatur LIMNÆVS de BELTZIA GOZADINA, *i*) MORHOFF de ELENA CORNARA PISCOPIA *k*) et alii de aliis *l*) Immo recentissimum nobis ad manus est exemplum ex nouellis de docta nobili Virgine MARIA CAIETANA AGNESI, cui Professio Mathematicum publica Bononiae collata est. *m*) Hinc nullum dubium, quin in academiis Italicis femina decanatum subire possit.

k) MORHOF. in *Polyhist.* Tom. I. L. I. Cap. XIX. n. 59 p. m. 227. Et quidem ex *Ephem. Gallicis et GREGOR. LETO in Ital. regn. Part. I. Lib. I. p. 43 seqq.* Quae in Academia Patavina facultatis Philosophicae lauream reportauerit. Addit ille: *In Theologia eandem petitura erat, nisi obstitisset Cleri autoritas, indignum enim credebant mulieri docendi munus in ecclesia conferri, cum sacris literis hoc repugnet, et effato PAVLI 1. Cor. XIV. 34. Mulier taceat in ecclesia.*

l) Hinc KNICHENIVS male contra experientiam testatur *l. c. p. 1038.* feminis cathedram professoriam absque officio, vel dignitate et per occasionem concessam fuisse; quamuis enim ille ACCVRSII filiam exemplo adducit, habuimus tamen alia in contrarium.

m) vid. den Beitrag zu den Erlangischen gelehrten Anmerkungen a. c. 1751. p. 48. aus der 93ten Stück der H. B.

T A N T V M.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through or mirrored text from the reverse side.

Second block of faint, illegible text, appearing as bleed-through or mirrored text from the reverse side.

T A N T V M



Jua, Diss., 1751-52

ULB Halle

3

005 108 659







DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Digitalisierung von Drucken des 18. Jahrhunderts


PPN 265530512

**Commentatio Academica De Decanis Facvltatvm
Academicis**

Spener, Philippus Ludovicus (Ienae 1751)

Jena, Diss., 1751-52 (11)

UBMAG



265530512

Visual  Library

